

minali accusationis, vel inquisitionis prodest fisco, parti laesa, quo ad penam legalem, sed non ad conuentionalem, Beto. consil. 206. numero 40. volumine 3. Baiard.

- 12 *Quero etiam, nunquid iudex in huiusmodi processu, qui sit contra absentem, possit aliquas probationes ex officio inducere.* Respond. Si utraque pars, scilicet tam accusator quam reus, sit praesens, potest iudex pro utraque parte veritatem inquirendo nouas probationes ex officio inducere: Reo autem absente, non potest nisi in casibus, in quibus contra absentem procedi potest, scilicet in delictis, quae sunt a relegatione infra. Si vero accusator absentem se fecerit, et reus sit praesens: tunc non potest contra reum ex officio probationes inducere, sed bebet nomen rei aboleri. Et haec est distinctio Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium, numer. 8. ff. de dam. infe. quam dicit esse communem Alexand. in eo. §. hoc autem iudicium, numero 29. Sed certe quidquid sit de iure, in practica seruatur totum contrarium: nam iudices ex officio recipiunt testes contra absentes, non autem pro ipsis: Et iudex, qui produccret testes ex officio pro reo contumace, posset tanquam imperitus, et fatuus ab officio remoueri. Tu vide qua latius dixi infra quaest. 61. vers. sed quero, & seq.
- 13 *Item quero, nunquid reus contumax sit citandus ad sententiam.* Respond. de iure dicendum est, quod sic, ut colligi videtur ex text. in l. accusatorem, ff. de public. iud. sed de consuetudine non citatur, ut dicit Angel. de malef. in verbo, Qui iudex commisit l. preconii, numero 2. & 3. & Cardin. Alexand. in capit. de accusat. column. 41. versic. Et praedicta 2. quaest. 8. qui etiam attestatur, quod consuetudo est quod per Preconem banniantur ad consilium generale, vel campanam, vel cornu, vel tubam, secundum statuta locorum. Et dicit praef. Millei, fol. 8. numero 76. quod de consuetudine citantur contumaces: vni-

- 14 *Vidi quandoque dubitari, nunquid statim lapsa termino peremptorio statuto ad comparandum, possit reus condemnari.* Respond. quod de iure forte posset dici, quod sic, sed de generali consuetudine, et aequitate expectatur triduum post quam accusata est contumacia, et deinde sequenti die fit condemnatio. Et de hac consuetudine attestatur Afflict. super secunda parte constitutionum Regni, Rubr. 12. post numerum 6. versic. Quid autem, quem refert Carantia super ritu 198. magna curia, circa fin. subdens, quod ita practicitur. In hoc tamē Ducatu hoc non seruatur: quia neque accusatur contumacia, ut supra dixi, neque expectatur per triduum, nisi ita iudici ex equitate videatur, sed plenius in ipso termino peremptoria sunt condemnationes.
- 15 *Videamus, quae sit forma proferenda sententiae contra huiusmodi reos contumaces.* Respond. Et quia nobis, et officio nostro constat ipsum esse culpabilem delicti maleficii, praesertim ex eius confessione resultante ex contumacia iuxta formam statutorum, &c. ideo ipsum condemnatum esse contra contumaciam declarare, quae declaratio nisi per expressam causam fieri non potest: sic colligitur ex Felino in c. Querenti.

renti, colum. fin. ext. De offic. delegati. Non tamen per hoc dico, ut contumacis quaerantur defensionis, infra q. 61. versic. sed haec quidem, circa finem, quaest. 23. versic. primo, ibi. Male enim faciunt, pro quo vide Bartol. in l. mus in amputatione capitis, & eius bona fisco regio confiscamus: Ita quod si aliquo tempore venerit ad manus iustitiae, quod ducatu, & duci debeat ad locum iustitiae conuictum, & ibi eius caput amputetur, ita quod moriatur.

Et interea ipsum a toto dominio bannimus, &c. Et ita practicitur ut dicit Angelus de maleficiis, in verbo. Qui dominus iudex videns, num. 45. Hanc etiam formam seruari de stylo curiarum Franciae attestatur Boer. deci. 278. num. 12. Vide quae dixi infra q. 93. vers. Fuit aliquando.

QUESTIO XLV.

De reorum comparentium examine, ac testium repetitionibus, ac confrontationibus.

S. M. M. A. R. I. A. Ex Claro.

- 1 Qualiter reo personaliter comparente procedatur.
 - 2 In causis criminalibus an sit necessaria litis contestatio.
 - 3 Et an cum instigatore.
 - 4 Et an in criminibus fiant positiones.
 - 5 Reus comparsus an sit examinandus.
 - 6 Et quid nolit respondere iudici interroganti.
 - 7 Et quid si priusquam respondat, petat dilationem ad deliberandum.
 - 8 Et quid si petat copiam inquisitionis & indiciorum.
 - 9 Et an iudex in examine debeat deferre reo iuramentum de veritate dicenda.
 - 10 Et an si falsum dicat, poterit tanquam periurus puniri.
 - 11 Et quomodo iudex in examine se gerere debeat.
 - 12 Et an debeant esse praesentes exanimi patroni ipsorum reorum.
 - 13 Facto examine, si reus neget, testes sunt repetendi, eo citato seu praesente.
 - 14 Et quid si non sit reus citatus, sed testes cum eo confrontati perseuerent.
 - 15 Iudex debet petere licentiam a reo, procedendi ipso ulterius non citato.
- Ex Additionibus.
- 1 Causa si duobus committatur, quis cognoscat.
 - 2 Litis contestatio est necessaria in Regno Neapol. & de eius forma, remissum.
 - 3 Positioni criminose non est regulariter respondendum. Positiones an, & quando admittantur in criminalibus, & quomodo citari respondendum.
 - 4 Positiones facti quando fieri dicantur.
 - 5 Reus nolens respondere praeiudice, sed remittens se aliter depositioni, an possit torqueri.
 - 6 Et quomodo cogi possit reus nolens respondere, remissum.
 - 7 Reus nolens iurare habetur pro confessio secundum Speculatorem, qui ab auctore impugnat, nu. eod.
 - 8 In criminalibus reus tenetur respondere de veritate.
 - 9 Reus falsus deponens an possit puniri.
 - 10 Et quid si iudicem corrumpat.
 - 11 Et quid si fuerit interrogatus uti testis, & falsum dixerit.
 - 12 Et quid si iudex sub poenam ei proceperit, ut dicat veritatem an teneatur ad illam poenam.
 - 13 Nec partes non interueniunt examini testium.
 - 14 Nec Aduocatus, aut Procurator.
 - 15 Lim. in Aduocato, & Procuratore fisci.
 - 16 Repetitio testium quomodo fiat, remissum.
 - 17 Testes non repetiti non faciunt iudicium.
 - 18 Confessio facta in tormentis ante repetitionem testium non conuallidatur in repetitione subsequenti.
 - 19 Testes iurati parte non citata non faciunt iudicium.
 - 20 Etiam quod per principem omnis solemnitas esset remissa.
 - 21 Testes in repetitione dicentes, se non recordari, non probant.
 - 22 Testes quando probent absque repetitione.
 - 23 Et an faciant praesumptionem.
 - 24 Testes non possunt repeti post conclusum in causa.

- 22 Testes mortui habentur pro repetitis saluo iure oppoendi contra dicta, & personas.
- 23 Foller. impugnat.
- 24 Tortura potest inferi etiam non repetitis testibus de stylo.
- 25 Testes habiti pro legitimis & examinatis, habentur pro repetitis.
- 26 Testes non dicuntur legitime examinati, si fuerit decreta copia sub conditione, quatenus testes non habeantur pro legitime examinatis, si postea fuerit tradita simpliciter, non habitis testibus pro talibus.
- 27 Reus habens testes pro legitime examinatis, potest re integra reuocare confessum.
- 28 Testes, quibus necessario est standum, probant sine citatione partis.
- 29 Repetitio quando non requiratur, remissum.
- 30 Testis cum se declarat, non requiritur citatio partis.
- 31 Testes examinati in partibus longinquis probant absque citatione.
- 32 Item si examinentur in articulo mortis, nec pars citari possit.
- 33 Item si pars expresse contradicat.
- 34 Testes repeti debent, etiam quod procedatur sola facti veritate inspecta, & omni solemnitate omisa.
- 35 Testis examinatus sine citatione partis, non probat. Etiam coram Papa. Et quod procedatur manu regia. Et quod iudex arbitrium procedendi haberet. Et quod inquisitus esset carceratus.
- 36 Tortura in Regno Neapol. quando irrogetur ex processu informatiuo.
- 37 Citatio an requiratur in capiendi informationem, quando mandatur iudici, ut se instruat.
- 38 Testis sine citatione partis non probat, etiam cum tormentis. Et quando sine citatione possit examinari.
- 39 Testium repetitio quomodo sit scribenda.
- 40 Testis repetendus, si citatus aufugiat, praesumitur deposuisse falsum.
- 41 Testium numeris non supplet defectum iuramenti.
- 42 Testium repetitio non est necessaria quando reo confessio datur terminus ad faciendum suas defensiones. Auctoris consilium super hoc.
- 43 Expeditio causae criminalis in Rego Neapolitano, non retardatur praetextu testium Curiae non repetitorum.
- 44 Testes debent repeti post litem contestatam.
- 45 Testis an possit petere, quod sibi legatur primum examen. Et quid in reuelatione facta a vigore monitorij.
- 46 Confrontatio non valet, si non procedant iuramenta testium ad praesentiam partis. Et quid si sequatur.
- 47 Testes non iurati non probant etiam cum tortura. Faciunt tamen praesumptionem ad informandum conscientiam iudicis.
- 48 Testes quando probent sine iuramento, remissum.
- 49 Testes in confrontatione deponentes, non praesumuntur iurati, nisi in actis appareat.
- 50 Carceratus si velit interesse examini testium infirmorum, quid agendum.
- 51 Citatio procuratoris non sufficit, si non constat in actis de mandato.
- 52 Testes deponentes sine iuramento in praesentia partis, nihil dicentis, non probant.
- 53 Iuramento testium possunt remitti.